



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Mutatur. 14

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

quidquid eius emineret, ad vi-
uum refecari. Inter quos ille cru-
ciatus ita durauit, ut, nobilitate
Spartana, ne gemitum quidē ede-
ret, aut oris hilaritatē colore mu-
taret. 13 Sed necesse tamē habuit,
donec rediuiuum vulnus in alte-
ram cicatricē coiret, lectulo hæ-
rere. Ibi, fallendi temporis, libel-
los institit petere, quorum lecti-
tatione pridem insuesset: eos ar-
bitratus, qui Equestria, & hoc ge-
nus profana ludicra commentis
fucarent. Verūm opportunè fa-
ctum, vti, quum id tēporis ea fa-
bularum mendacia domi nusquā
essent, horum vicem duo melio-
ris argumenti codices ægro fer-
rentur. Altero vita resq; à Christo
domino gestæ; altero ab cœlitibus
reliquis facta facinora perscribe-
bātur. 14 Hos ille versare primūm
otiosus aggreditur: post ea lectio
in voluptatem vertit; cœditq; a-
nimus

nimus affici paullatim ac dele-
ctari: demū consilium capit, olim,
quæ legisset, imitari. 15 Enimue-
xo hic se ipse aduersarium habere:
multa, quib. cæptū desisteret, oc-
currere: iam inolita per vitæ licē-
tiām consuetudo; iam eius, quod
porro moliebatur, difficultas; &
mille talia sollicitabāt. Sed nimi-
rum cælestia præpotuēre: & bre-
ui aduersus illam cogitationū in-
temperiem debellatum est. 16 Ac-
cidit fortè vt noctu, quòd ita
iam eius consuetudo ferebat, cu-
bitu surgeret: & in genua deic-
etus, preces Deiparæ VIRGINI li-
taret, cuius tum icona corām
spectabat. Hic ingentis desiderij
plenus, Virginem Virginisque fi-
lium adoritur, id vnum adni-
xus, vt apud eum ducem sacra-
mento dicere liceret. Quippe
mortalia prorsus abdicare, vniq;
illi auctoratus æternum manci-
pari